Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

pere curemus sed exequamur sci etiam di nequaquam praesentia mala. sed
futura bona animo cogitantes. & congregatus est omnis populus aduersus hiere
miam in domum dni. & audierunt principes iuda uerba haec. & ascenderunt
in domum regis in domum dni. & sederunt in introitu postae dni nouae. hiere
mias in templo uerba dni prophetabat & dixerat domum istam sicut silo. & urbem
hanc. In maledictione cunctis gentib: terrae. statimq: a sacerdotib: & prophetis
& populo seditione commota omne uulgus aduersum prophetam congregatur
in templum ubi erat propheta. & sacerdotum hac prophetarum uulgi quae
manib: tenebatur. Quod cum audissent principes ciuitatis qui in domo regis
auersabantur timuerunt siue ascenderunt de domo regis in domum dni.
Notandumq: quod inter ad domum dni semper ascensuisse. sederunt quasi in introi
tu postae dni nouae. principum enim erat officium sedere in posta domus dni.
& ibi negotia & seditionis cognoscere ueritatem. Noua autem posta dicitur
quia qui sedebant in ea iudicio praeerant sacerdotum & pseudo prophe
tarum calumniae resistebant. & locuti sunt sacerdotes & prophetae ad
principes & ad omnem populum dicens. Iudicium mortis est uir hui c. quia
prophetauit aduersum ciuitatem istam sicut audistis auribus uris sedentib:
urbis principib: in posta templi & in posta nouae quidem regis palatio ad tem
plum cucurrerunt ut sedicio populi sedaretur & contione populi con
gregata accusant sacerdotes & pseudo prophetae. perierat q: propheta
quantum fuit in sacerdotib: & prophetis sic accusatores ipsi habuissent iu
dicii potestatem. ex quo intellegimus crudeliores fuisse in prophetam per
inuidiam sectatis qui relegioni uidebantur dediti quamqui necessitatib:
publicis praeerant.

Et ait hieremiae ad omnes principes & ad uniuersum populum dicens.
Dns misit me ut prophetarem ad domum siue super domum istam. & ad ciui
tatem siue super ciuitatem hanc. Omnia uerba quae audistis. nunc
ergo bonas facite uias uras & studia ura. & audite uocem dni dei uri. &
penitebit dnm mali quod locutus. e. contra uos. Ego autem ecce in manib:
uris sum. facite mihi ut bonum & rectum est in oculis uestris siue ut ex
pedit uobis. Uerum tamen scitote & cognoscite. quod si occideritis me

aduersum uos siue & quiescit dns a malis que locutus. e.